q fundantur in illo modo significandi quo vetus testamentum figurat novum vocatur sensus allegoricus seu typicus sicut docet apostolus ad Gal. 4o exponens per duos filios abrahe duo testamenta et generaliter quod omnia que in veteri testamento contigerunt exponuntur de Christo vel de ecclesia militante sensus allegoricus vel typicus dicitur. Si vero sensus tenditur per figuras rerum que fundantur in illo modo significandi quo novum et vetus testamentum significant ecclesiam triumphantem. Sic est sensus anagogicus ex predictis. Itaque patet quod sensus litteralis narrat id quod est gestum. Sensus allegoricus docet quod est credendum de Christo et ecclesia. Sensus moralis docet quid est nobis agendum. Sed sensus anagogicus docet quod nobis credendum sit de ecclesia triumphante ad quam tendere debemus. Unde versus: Littera gesta docet, quid credas allegoria, moralis quid agas, quo tendas anagogia. Circa secundum sciendum quod licet predictis sensibus sacra scriptura exponatur, non tamen in qualibet sua parte recipit omnes 4or sensus predictos. Sed quedam omnes 4or, quedam tres, quedam duos, quedam unum tantum. In scriptura namque sacra quedam sunt posita sicut figure posteriorum et ideo illud quod secundum litteralem sensum de priori dicitur potest quandoque exponi spiritualiter de posteriori sed non e converso. Patet vero que pertinent ad novum testamentum vel ad ista que pertinent ad gesta veteris testamenti secundum litteram possunt exponi 4or sensibus ubi ... Regum ... David regnavit in Jerusalem quod verbum secundum litteram docet nos quod ille rex regnavit in illa terrena civitate. Sed secundum sensum allegoricum significat quod Christus qui David significatur per fidem credentium regnat in ecclesia militante. Secundum moralem significat quod Christus regnat in anima sancta per caritatem. Secundum sensum autem anagogicum significat quod Christus est rex ecclesie triumphantis in celo. Patet autem ista que pertinent ad gesta veteris testamenti sunt illa que pertinent ad statum presentis ecclesie in quibus illa que pertinent ad caput scilicet Christum sunt posita per respectum eorum que pertinent ad membra quia in ipso Christo debemus formare exemplum vivendi quia omnis Christi actio nostra est instructio. Ea igitur que de Christo dicuntur possunt exponi 4or sensibus scilicet litterali sensu quod verbum de Christo sonat, allegorice referendo ad corpus Christi mysticum scilicet ecclesiam, morali referendo ad actus nostros. Et anagogice in quantum de eo est nobis via glorie ... verbi gratia Math. 9 scribitur: Ascendens Jesus in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam. Que quidem verba secundum sensum litteralem narrant quod Jesus ascendit naviculam materialem et transfretavit de terra Gerasenorum in civitatem que dicta civitas sua. Secundum sensum autem allegoricum per naviculam intelligitur ecclesia militans. Moraliter vero per naviculam intelligitur ... Anagogice autem celestem patriam per civitatem suam et per naviculam ... Patet igitur quod omnia que de Christo dicuntur possunt 4or sensibus exponi, non tamen omnia que de Christo dicuntur 4or sensibus exponuntur. Sed quod sic quod dicitur ... scriptura dicit Christum aceto et felle potatum non potest hoc exponi anagogice quia in celesti patria non sit amaritudo vel dolor. Exemplo patet ... alius ... que in sacra scriptura dicuntur de presenti ecclesia exponuntur de futuro statu presentis ecclesie tunc potest dici sensus allegoricus non quod presenti ecclesie sit alius a presenti sed tamen diversum statum. Si vero aliquid dicitur in scriptura sacra moraliter secundum sensum litteralem illud convenit exponi duobus sensibus tantum scilicet litterali qui

c dici moralis et anagogice. Ista vero que secundum litteralem sensum pertinent ad statum
glorie nullo alio sensu convenienter exponi, quia ibi non sunt figure aliorum sed
ab omnibus aliis figurata. Circa secundum vero sciendum quod sermo sic dilatari potest
pluries exponendo thema duobus modis: uno modo eandem auctoritatem diversis sensi-
bus ut dictum est exponendo; alio modo exponendo eandem auctoritatem secundum eundem
sensum puta moralem dupliciter scilicet in bonum et malum, ubi gratia huius exempli sint ti-
exiit qui seminat seminare semen suum. Sit igitur hoc verbum moraliter expositum in bo-
num dicatur quod predicator exeat de peccato et tenebris peccati ad libertatem gratie et sic
[illegible] semen suum seminat in bona opera que producunt fructum vite eterne. Unde psalmus
euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Item sic exponitur in malum ut
dicatur quod peccator exiit quando exiit sicut ipse qui undique [illegible] dereliquit et
seminat semen suum id est iniquitates quibus provocat ad malum. Unde Job [illegible] per
[illegible] [illegible] eum qui seminat iniquitatem metunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et multa expositio moralis.

Modus autem dilatandi sermonem per nominis interpretationem et per diffinitionem est ubi
primus aliud autem dilatandi sermo per interpretationem nominis et alius per diffinitionem
vel descriptionem. Cum igitur vult dilatare per nominis interpretationem attendat diligenter
an illud nomen habeat plures interpretationes et tunc assumat illam que ad suum
propositum sit conveniens aliis obmissis. Ubi gratia Israel interpretatur quasi vir videns
deum vel princeps cum deo vel fortis dispositor dei. Si ergo predicator velit
loqui de fortitudine dei assumat ultimam interpretationem. Si sit carnis et aliarum
[illegible] si vult ad suum propositum prosequendo sic quod iste suus sequitur per Israel qui fuit vir
videns deum per sublimis contemplationem fuit princeps cum deo per [illegible] [illegible]
[illegible] et fuit fortis dispositor dei per [illegible] [illegible] [illegible]. Si vero per diffinitionem
aut descriptionem velit predicator sermonem dilatare caveat ne dum proprie diffi-
nitionis aut descriptionis explanare intendit a suo proposito nimis dilatabatur. Sic
ponere diffinitionem aut descriptionem nominis abstracti loco nominis concreti ubi gratia
si sit auctoritas exponenda beati [illegible] in domo tua domine, subdat diffinitionem
beatitudinis sic beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Deinde explanet
quod in celesti domo dei perficietur intellectus per cognitionem summe veritatis, perficietur
affectus per fruitionem summe bonitatis et quietabitur desiderium adeptione
omnis desiderabilis quo ex diffinitione nominis beatitudinis [illegible] in ipsa dilatatio
sermonis. Attendat autem predicator quod auctoritas que in sermone adducit [illegible]
[illegible] in nomine quod diffinitur seu describitur sed non [illegible] [illegible] cum [illegible] dif-
finitionis. Ubi gratia si sit auctoritas ista iustitiam [illegible] cum ambulant et
diffinitur sic iustitia est virtus reddens unicuique quod suum est. Ut quod sibi debet
debemus autem [illegible] deo [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] ipsum non debet predicator [illegible]
[illegible] debere vel reddere per quod diffinitur iustitia. Debet quoque predicator cave-
re differentia velit omnia diffinire vel describere cum hoc non tantum pertineat
ad theologum quantum ad philosophum. Potest autem convenienter diffinire virtutes vitia
peccata et species eorum beatitudinem et iustitiam et alia que solent frequenter in pre-
dicationibus [illegible] plus tamen et minus de [illegible] in diffinitionibus dilatare secundum
capacitatem auditorum. Caveat etiam ne ponat aliquam nominis diffinitionem.

velit assignare genus ut deus vel aliqd sile huiot oim plus ptinet ad di
mutiue q ad pdicatus

Hic ergo modus quo dilatat sermo per comparatiuos et superlatiuos sumitur est alterum
eorum per comparatiuos et superlatiuos atque aliter per contrarios compatum sermo
dilatatur per comparatiuos et superlatiuos sicut sermo dilatatur qn in auctoritate est aliqd
nomen adiectiuum vel aduerbium quod solum ista recipiunt comparatoem. Et autem in auctoritate
exposita sit nomen positum distinguitur per comparatiuum et superlatiuum vt in ps. magnus
est et sanctus mirabilis dicitur ergo sic magnus apparuit deus in veteri testamento
eius maior in nouo testamento. Sed maximus apparebit in statu glorie sicut etiam
ipse de positiuo factus est distinctus ad comparatiuum et superlatiuum et eodem modo si
fuerit ibi superlatiuus sicut distinguendi per gradus vt ysa. in pace amaritudo mea
amarissima amara in tyrannorum persecutione amarior in martirum occidentione
amarissima in hereticorum disputatione. Et si fuerit in auctoritate comparatiuus per ipsum sicut
similiter licet in auctoritate positiuum et per positum sicut fieri transitus ad superlatiuum
in textu comparatiuo in auctoritate posita vt ro. xiiii Qui tradit me tibi maius peccatum
habet dicitur ergo sic iudas peccatum magnum habuit qui ex auaricia peccatum commisit
habuit peccatum maius qui dominum suum tradidit peccatum maximum quia de morte dei desperauit.
Sciendum tamen quod talis distinctio per melius fit per superlatiuum quam positum vel com
paratiuum vnde ad ephe. 4to scribitur Estote imitatores dei sicut filii karissimi dilatatur
sic tamen sicut ymaginem creatoris amore sicut per vitam redemptoris sicut hereditate cele
stis beatitudinis. Et ad ephe. 10 dicitur propter nimiam caritatem qua dilexit nos deus di
latatur sic caritas dei et erat in creatione fuit maior in gubernatione fuit
maxima in redemptione sed erit maxima in glorificatione. Sic etiam fuit distinctio
a positiuo ad superlatiuum respectu eiusdem vt patet in exemplis positis vel sicut fieri
respectu diuersorum vbi gen. 10 et viii scribitur dauid erat prudentissimus inter
eos dicitur ergo sic quidam sunt sapientes qui habent experientiam agendorum quidam
sunt sapientiores illis qui habent sapientiam humanorum sed iste fuit sapientissimus
qui habuit sapientiam diuinorum / per varias autem comparationes seu compositiones fit dilatatio
huius modi luce 2o scribitur accepit eum symeon in vlnas suas / dicitur ergo sic
Symeon accepit in brachio clausum in domo / maria recepit eum in vtero
et petrus recepit illum in celo Et illud mathei 4 maria elegit optimam partem
dicitur ergo sic quidam intendunt in propria laude post contemplationem quidam actiue
dicitur per sollicitudinem quidam pertinent per orationem quidam per contemplationem /
Sciendum tamen quod ille modus dilatandi pulchrior est in latino quam in vulgari.
Et ad hunc modum pertinet dilatatio sermonis per varias comparationes vbi gen. 16
viii scribitur multa habeo de vobis loqui. dicitur ergo sic christus de vobis lo
quitur tanquam iudex loquitur per vos tanquam aduocatus loquitur in vobis tanquam
inspirator et loquitur cum vobis vel vobiscum tanquam doctor et sic de consimilibus
Adhuc etiam modo inuenitur qui manendo eodem sine multiplicatione et q
sic ad fines vbi gen. ad illum finem qui est manere in pace dicitur dicitur de
se hic. Sumatur igitur hec auctoritas que scribitur ad ro. vi. quidam dicimus sicut
immobilia in petra dilatatur sic quidam in petris stant vt et fixa quasi
abstinentes sed per petre non sunt fixione quidam in petra sedent vt pauperes in petra
remanentes peccatores vero ab ipsa fugientes. quidam in petris manent sicut
in quibus remanere volunt quidam in petris ambulant vt de petra

in prima habetis et in ad singula eorum inducte fuerint auctoritates circa sermonem in modicum dilatatur. Hic autem modus tam in latino quam in vulgari pulcher est.

5 Potest etiam per varias expositiones comparationes et compositiones sermo dilatari. Sic et utique per synonima decurrere. Dicuntur autem synonima que conveniunt uno significato vocibus diversificatis. Quod contingit duobus modis. Uno modo per incomplexa ut gladius ensis mucro; alio modo per complexa ut sunt miseria vanitas laboris et cassi manus. Et hoc utroque modo predicator posset uti. Utique in complexis synonimis predicatio decurrit quod tunc maxime convenit laudamus et caute sicut specialiter est sanctorum. Hic maxime congruit ut per pietatis Beati Iob qui dicitur natus de muliere brevi vivens tempore. Dilatamus nos per synonima sic explorate miseriis quam plurimis angustiis circumdatur curis molestiis ad usus; augmentatur proprie laudando etiam eius qualitates sic uti ad sermonis ornatum ut laudando aliquem sanctorum dicamus iste fuit lux errantibus lumen ignorantibus lucerna deviantibus; sic laudando aliquam virtutem dicimus hec virtus mentem decorat animam ornat conscientiam honestat gratiam manifestat. In exhortationibus vero sic multiplicantur synonima. Puta si aliquos exhortamur ad imitanda exempla eorum dicamus emulemini bonos imitamini sanctos sequimini iustos considerate exempla sanctorum. Hoc exhortationis modo usus est propheta in psalmo dicens venite exultemus domino iubilemus etc. Sed ne auctoritas synonimorum multiplicatio fastidium auditoribus generet non expedit plus quam semel invenire vel per singula predicationis subire synonimorum habundantiam. Hic autem modus in latinis sermonibus ostendit hominem magis copiosum.

6 Per proprietates rerum etiam sermo sic dilatatur quando in themate seu auctoritate correspondet est aliquis nomen naturalis vel artificialis cuius proprietates aptari possunt ad laudes sancti de quo predicator intendit vel ad mores ut in psalmo unxit te deus deus tuus oleo letitie etc. Dicatur ergo sic quemadmodum per oleum designatur gratia quia oleum habet virtutem mitigativam sic gratia mitigat mundi passiones; oleum habet virtutem sanativam sic gratia sanat ... oleum habet virtutem illuminativam sic gratia illuminat mentem de divinis ... oleum habet virtutem dulcorativam quia dat ... ciborum sic gratia facit labores ... alleviando ... proprietatis olei assimilatur effectibus gratie et facta est dilatatio sermonis. Eodem modo fieri potest quando in themate vel auctoritate est res artificialis puta denarius aut tabernaculum aut huiusmodi. Ad hunc modum pertinet dilatatio sermonis per ea que solent dici de quibus agitur ... gratia iudicii quando dicitur incipit actor reus et ... Si ergo in themate agitur de iudicio quomodo potest fieri mentio de iudice teste reo actore et similibus ... in predicatione eorum proprietates investigare convenit in sermone. Sic pro ... magister ad auctorum ... ad cognoscendum rerum proprietates multum valet notitia librorum qui tractant de naturis et proprietatibus rerum et similium.

7 Nunc autem sermo per similitudines dilatatur quod quidem potest fieri tribus modis ... adducuntur similitudines qui habuerunt virtutes quas persuadere intendimus vel vitia a quibus intendimus auditores ... Et tales similitudines dicuntur exempla. Puta si predicatur de penitentia in exemplum adducatur beata Maria Magdalena vel David qui confessus ad vocem prophete Nathan ... Aut si predicatur de virtute ... adducatur ...

iob vel tobiam etc. Aliud quando predicamus contra aliquod vicium possumus adducere
dampna eorum quos tale vicium prostravit ubi gratia quando predicamus contra luxuriam
possumus producere personas david vel salomonis etc. qui per mulieres corrupti
graviter deum offenderunt. Hic autem modus dilatandi in utilis auditoribus grati
rudibus placet tamen huiusmodi exempla sumi non tantum de canone biblie sed eciam de aliis
libris qui habentur in ecclesia de vitis patrum de dyalogo beati gregorii et legendis
sanctorum. Hunc autem modum tenuit salvator noster sicut patet in exemplo de lazaro et divite e-
pulone. Et ad istum modum reducuntur parabole ewangelii que et si non fuerunt secundum
sicut littera sonat habent tamen continere veritatem quamvis sint parabolice. Adhuc eciam modo
pertinet narracio miraculorum. Quintum eciam adducuntur similitudines sumpte de
rebus naturalibus vel artificialibus puta si volumus ostendere quod deus qui se humiliat
exaltabitur adducimus exemplum de arbore que ad hoc quod in altum crescere exigit
primo radices in imo figit vel exemplum de aqua que ad hoc quod alta ascendat primo
descendit ad yma. Aliud volentes vituperare avariciam exemplum adducimus de spon-
gea que aquam facile et habundanter bibit sed non effundit nisi ab alio prematur sic
avarus bibit divicias sed non effundit eas nisi premitur morte. Isto modo usus est
salvator. Unde [illegible] in exemplo sagene misse in mari et in aliquibus aliis. Quintum
eciam adducuntur similitudines sumpte a quibusdam gestis confictis et parabolicis ut
cum adducimus aves loquentes vel arbores etc. ut patet ex fabulis esopi vel
aviani. Fabulis tamen cautissime debet uti predicator et tamen caveat ne et
salvatorem numquam fabulas legimus [illegible] predicasse. Et tamen predicator uti aliquo
tali fabuloso exemplo propter quod deprehendit auditores sompnolentos vel attedia-
tos ad excitandum eos ad sublevandum eorum tedium huiusmodi etiam fabulose similitu-
dines quemcunque recipiuntur in collocucionibus privatis quibus aliquod persua-
dere volumus quam in publicis predicacionibus

Sextus enim sermo dilatatur assignando oppositum sicut patet eciam dilatari tangendo quam
vicium seu oppositum. Attendat igitur predicator an virtus quam persuadere
intendit si consistit in medio quod utraque extremorum parent relinquat viciosa quam tunc
potest dilatare sermonem loquendo de utroque extremorum ubi gratia fortitudo locum
medium tenet inter audaciam et timiditatem. Si igitur in tractatu vel auctoritate exponendo tra-
ctatur de fortitudine potest sermo dilatari tangendo de audacia presumptuosa que
opponitur fortitudini et superhabundancia et de timiditate sufficit tamen
que opponitur ei per defectum. Et eodem modo si intendit vituperare aliquod vicium potest dila-
tare sermonem commendando virtutem oppositam. Quod si virtus de qua predicator loqui in-
tendit consistit in medio racionis sed non in dico medio quod a simplicibus auditoribus
faciliter capi possit ut patet de virtute virginitatis tunc sufficit predicatori quod tangat
vicium illud tamen quod manifestius illi virtuti opponitur puta si loquatur de casti-
tate sufficit quod tangat de opposito vicio manifesto puta de luxuria. Et si
contra luxuriam sufficit quod laudet castitatem. Adhuc modus dilatandi sermonem
pertinet cum consideramus defectus [illegible] vel alicuius virtutis quam persuadere intendimus
contrariam effectibus puta vel alicuius vicii ubi gratia si dicimus peccatum obcecat
hominis intellectum inquinat hominis affectum debilitat hominis virtutem. Sed econtra
gratia hominis intellectum illuminat quia lux est affectum purificat quia lavat seu aqua
munda est potenciam corroborat quia virtus dei est. Sic quando dilatamus a

sermo ostendendo effectus quos contrariis effectibus. Item pertinet quoque ad modum
istum quando predicantes de aliquo sancto qui fuit prius peccator ostendimus quam multi
virtutes quos peccatorum imitantur sic facit beatus Gregorius in omelia de Maria Magdalena
Et eodem modo quando intelligimus qui de bono conversi sunt ad malum ostendimus quod multi
bonorum imitantur et multi malorum puta si dicamus quod Iudas proiciendo denarios coram
que erant contra quod peccaverat per avaritiam prodidit se tamen ipsum qui doctus fuit in ipso di-
ligens pro domini tradidit in morte qui cum alios apostolos demones eiceret peccat pe-
cando se ipsum temptacioni dyaboli fecit et sic de aliis. Sicut autem minus bonum com-
paratur ad maius bonum sic et e converso ad peius consistit quod ad istum modum pertinet cum
maius bonum preferimus minori puta si laudamus vitam contemplativam preferimus
ipsam active et cum laudamus virginitatem ipsam preferimus statui coniugali. Caveat
autem predicator ne preferendo in laude maius bonum videatur minus bonum vituperare
Ex hoc enim quibusdam daretur occasio superbiendi et quibusdam fortasse desperan-
di aut minus bonum contempnendi ut puta si virginitatem quis laudaret virginitatis
quod dampnare videretur statum coniugalem.

Dilatatur sermo quarto per divisionem in partes quantum ad modum aut enim in auctoritate
exponitur totum universale aut totum integrale aut totum collectivum aut totum per-
tinet sub quibus horum sermo predicator loqui de partibus eius ubi quod de tali
scribitur canticorum Ecce flos campi dicitur quod sic iste flos fuit capitulum flos
quod fuit sicut rosa fervorem ardore caritatis fuit velud lilium candidum munda
caritate fuit quasi viola pro virtute humilitatis. Et quia flos fuit in diversis
moribus ubi sunt flores et alias sunt species sicut rosa lilium et violam. Item in
scribitur multiplicatis in ea mea virtute dicitur quod sic quod multiplicat deus in ani-
ma virtutem sanctorum cognoscimus virtutes sunt que confortant virum caritatem
que diligimus et sic de aliis. Per divisionem autem totius integralis in partes fit
sermo dilatari loquendo de partibus illis quibus integratur totum illud quod ponitur
in auctoritate Hoc modo psalmus dicit domine dilexi decorem domus tue dicitur sic do-
mus dei sive sancta ecclesia decorata est quod eius fundamentum fuit apostoli et prophe-
te supra id ad ephesios et edificati sunt super fundamentum apostolorum et prophetarum sic
eius muri sunt viri contemplativi qui contra incursus demonum defendunt sic in
altum tollunt sic quod eius fundamenta sunt viri sancti actionibus dediti Ex
quibus omnibus vivis decor domus domini resultat et sic dicitur sermo de talibus
partibus quibus domus componitur et ornatur Etiam si ita integratur ex
partibus puta de fenestris hostiis parietibus et huiusmodi. Item sic scribitur estis
unum corpus sanctum in christo dicitur quod sic huius mistici corporis caput est
christus oculi sunt viri contemplativi os sunt sancti predicatores manus sunt
boni activi et sic fit sermo dilatatur per alias partes ex quibus corpus in-
tegratur. Per divisionem totius collectivi in partes dilatatur sermo loquendo
de partibus ex quibus colligitur totum collectum de quo agitur in auctoritate
hoc modo apostolus ut scribitur fecisti nos deo nostro regnum dicitur quod sic in regno
christi et dei et ipse christus est rex assessores et iudices sunt apostoli mili-
tes autem martires proceres sunt sancti doctores et predicatores et sic
de aliis officialibus ex quibus solum regnum colligitur. Totum autem potestativum
dicitur quod non ex hiis que potestatem conveniunt quasi ex partibus integralibus quod

nec ex eis colligitur sic totum collectum ex partibus nec de eis sic proprie dicitur sicut totum universale. Sed ideo dicitur totum potestativum quia comprehendit sub se diversas species et potencias sicut anima comprehendit sub se intellectum memoriam et voluntatem et alias potencias suas vel anima hominis est quoddam totum potestativum respectu suarum potenciarum. Cum igitur in auctoritate exponenda ponitur tale totum potest sermo dilatari per ea que sub toto potestativo continentur hoc modo ad deuteronomium vi° diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. dicatur ergo sic ex tota anima debes diligere proximum ut ipsum consilium toto intellectu sine errore amorem tota voluntate sine contradictione meditatione tota memoria sine oblivione. Ecce quomodo facta est dilatatio sermonis per diversas potencias anime que sub anima continentur sicut sub quodam toto potestativo. Et eodem modo potest predicator loqui de visibili compositi corporali et sic de aliis potestativis.

¶ Quarto vero secundum textum dicitur mathei vii° arbor bona bonos fructus facit et arbor mala malos fructus facit. Ideo cum de bonitate alicuius fructus vel de malicia alicuius vicii loquimur potest sermo per causas et effectus eorum convenienter dilatari. Potest enim loquendo de causis quia deum debemus diligere assignare causas ad hoc moventes effectus inde consequentes hoc modo deuteronomium vi° diliges dominum deum tuum etc. dicatur ergo sic ad diligendum deum debemus moveri multis racionibus seu causis quarum prima est eius bonitas infinita secunda est eius pulchritudo maxima tercia est circa nos benignitas et benivolencia immensa. Effectus quoque dilectionis qua diligimus deum est quia per eam divinam legem implemus per eam deo unimur et per eam vitam eternam acquirimus et sic de aliis effectibus caritatis. Et eodem modo loquentes de aliquo vicio loqui possumus de occasionibus propter quas solent homines in illud vicium et de effectibus illius vicii. Verbi gratia si volumus loqui contra luxuriam dicimus quod homo debet cavere ab aspectibus mulierum et a familiaritate earum ab excessu cibi et potus et ab ocio nimio et a ceteris huiusmodi que solent prestare occasionem cadendi in peccatum luxurie. De effectibus autem eius loqui possumus dicendo quod peccatum luxurie facit hominem in sermone et maxime odiosum deo effeminatum in se ipso et sic de aliis effectibus eiusdem vicii. Circa hunc modum dilatandi duo sunt observanda quorum primum est quod predicator non tenetur assignare causas et effectus omnium rerum indifferenter sed earum illarum quarum noticia est utilis ad informandum mores et ad laudem. Sic de quibus predicator loquitur huiusmodi autem sunt virtutes et vicia et actus eorum ut oratio elemosina ieiunium et huiusmodi plura. Secundum est quod huiusmodi cause et effectus non debent assignari credendo quod sunt virtutes et vicia sed quatenus prosunt ad persuadendum actus virtutum et ad retrahendum a peccatis et viciis. Finis enim moralis sciencie est opus et non solum noticia virtutum et viciorum ut patet 2° ethicorum etc.

Nono modo potest sermo dilatari multis modis uno quidem modo adiungendo dictis qui ex auditorum iudicio / 2° modo utendo confirmationibus que sunt ad tacitas questiones videlicet / 3° modo comparando bonum meliori / quarto modo laudando bonum et confutando malum oppositum. Sed quia de duobus ultimis modis in capitulo precedenti actum est ideo hic obmissis de prioribus duobus est dicendum. Primus igitur modus sermonis est iudicio ab auditoribus postulato omittere aliquid intendimus / puta si dicimus sic prope festum esset qui pro quadragesima delectacionem sumeret cibum in quo non dubitant

latitat venenum. Similis est ergo peccatori qui sub cavendo quod delectatum comedit pomum in quo latet venenum mortis. Secundo non est prodigalissimus nimium dicendus qui dabit denaria ut lucretur thesaurum magnum. Sapientissimus est ergo qui dat pro deo temporalem ut recipiat eternas divicias. Similitudo hec non usus est predicator in [illegible] xxiii et in xii in parabolis de agricola qui occidentem [illegible] hoc est modo usus fuit nathan propheta ii Regum xii redarguens David de peccato commisso in [illegible]. Quartus modus adductionis est arguendo [illegible] tantum contra hereticos intendendo quod ex verbis predicatoris [illegible] subortam putat si predicator in fine predicationis dicat quod dampnatus debet supplicium eternum de modo tormento sit subdat. Sed dicit aliquis cum peccatum sit temporale cur pro eo debet pena eterna. Et non potius pena temporalis dicendum quod qui pro peccato suo in peccato mortali consumit voluntatem habet in eternum peccandi et ideo iustum est ut qui in suo eterno peccavit in eterno ipsius dei iudicio puniatur. Debet autem predicator summe cavere ne forte movendo dubitationem quam intendit solvere utatur paralogismo per verba argumentativa. Est etiam cavendum ne etiam in veris et bonis arguendo velit assignare maiores et minores propositiones et probationes in forma conclusiones. Hoc enim contra est sermonis quando disputatur. Attendat quoque diligenter ne diu questionibus uti intendit graves et difficiles questiones in dubiis ponat auditoribus. Et etiam ne in solvendo questiones et dubitationes quas movent sit obscurus etc. Nota quod in [illegible] modus [illegible] exemplorum de verbis [illegible] sicut de te [illegible] applicationis [illegible] ab illo ad [illegible] ad [illegible] ad contrarium [illegible]

Explicit tractatus de modo colligendi et componendi sermones.

Epylogus de quadruplici exercicio spirituali a domino petro Cameracensi

[illegible] betrachtung

Anima devota cupiens ad divinam contemplationem spiritualis exercitii tendere debet circa hanc exercitationem spiritualiter meditari. Primo videlicet
1º Eius ortum effectivum a quo derivatur
2º Eius obiectum motivum circa quod versatur
3º Eius fructum refectivum ad quem ordinatur.
Exercitatio si salutifera esse debet ab illo effective oriri habet de quo dicitur omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Sed eo magis in huius exercitationis ordine ille incorruptibilis est a quo omne bonum originaliter progreditur et quem omne bonum exemplariter producitur ad quem omne bonum finaliter reducitur et hoc est incomprehensibilis trinitas pater filius et spiritus sanctus. Qualiter ergo anima devota divine contemplationis amore succensa affectu se cunctis curis et corporis [illegible] rationis beatissime trinitatis per omnem hominem [illegible] sapiens et prudens posuit
1º Dei patris considerante potentiam ne labore depressa deviabat. Ita per
2º Dei filii regulate sapientiam ne errore seducta deviet. Ita hominem in
3º Dei spiritus sancti consolantem clementiam ne tedio devicta deficiat. Ita [illegible] solidam in plenitudine divine potentie sapientie atque clementie anima devota quam debet ad huius pie et salutifere spiritualis exercitationis obiectum quod est quadruplex [illegible] quod movens devota [illegible] ad [illegible] exercitium [illegible] spirituale